DE NOMINE ET eius accidentibus.

M. Ector quæ pars eſt? D. Nom̄

similiter ab extremo fiunt supino addi
ta.s.vt doctu doctus:cœnatu cœnatus:
mersu mersus:pexu pexus. A cõmuni-
bus quoqne & deponẽtibus pari modo
participia formãt. Quare de supinis eo
rũ necessario dicendũ est.

Primæ quidem coniugationis tam cõmu
nia q̃ deponentia supinum semper mit
tunt in atum:vt auxilior auxiliaris auxi
liatum.amicor amicaris amicatum:for
faris fatum:suffragor ris suffragatum:
grassor ris grassatum: medicor ris me-
dicatũ & reliqua.

Secundæ uero coniugationis faciunt in
itum penultima correpta:ut uereor ris
ueritum:mereor ris meritum:polliceor
ceris pollicitũ. Excipiunt fateor eris fas
sũ:cõfiteor eris confessũ: misereor eris
misertum:tueor eris tutũ uel tuitũ cum
suis compositis reor ris ratũ penultia cõ
repta medeor eris caret supino.

Tertiæ uero coniugatiõis deponentia:ita
uariant: In bor desinentia faciunt ī psũ
labor labens lapsum. Dilabor dilabens

M. Spēs ꝑpriox nominum quot ſunt? D. Quattuor nomē: prænomen: cognomē & agnomen.

N omen eſt quod ſuū cuiuſq; eſt: vt Cato

P rænomen quod cauſa differentiæ ul̄ copulandæ amicitia propriis nominibus præponitur: quæ ſic notantur. vt. M. Cicero. Q: Tubero. P. Scipio. C. Cæſar. .L. Marcius. A. gelius. D. brutus. T. apius. CN. Cornelius.

C ognom̄ ē cognatōis cōe: vt Scipiones.

A gnomen ē qd̄ ab aliquo euentu īponit: vt Cicero.

M. Species appellatiuorum quot ſunt? D. Tres alia tam propriis q̄ appellatīs nominibus communia. Alia tā primitiuis q̄ deriuatīs. Alia tm̄mō deriuatīs.

M. Quot ſunt comunia tā propriis q̄ appellatiuis? D. Quattuor corporale: īcorporale homonymum: ſymonymum.

C orporale ꝑpriū: vt Antonius. Corporale appellatiuū: vt hō bos.

I ncorporale Proprium. Vt Pudicitia Lucretiæ: & Ipſa Dea. Incorporale

M. Quare? D. Qua nota rei est & inflecti
tur.
M. Partes oratōis q̄uot sunt? D. Octo.
M. Quæ? D. Nomen: uerbum: participiū
pronomen: præpositio: aduerbiū: īterie
ctio & coniunctio.
M. Nomen quid est? D. Pars oratōis quæ
unicuiq; subiectoꝝ corpoꝝ: seu reꝝ pro
priā uel cōem qualitatem distribuit.
M. Vnde dicitur nomen? D. A nomīe eo
quia nomine sua res nobis notas effi-
ciat.
M. Quid est proprium nominis? D. Sub-
stantiam & qualitatē specialem: seu ge-
neralē cū casu significare.
M. Quot sunt lr̄æ terminales nominum.
D: Quattuordecim. Quinq; uocales:
sex semiuocales. Tres mutæ. c. d. t.
M. Nomini quot accidūt? D. Quinq;.
M. Quæ? D. spēs genus. numerus: figura
& casus.
M. Species nominū quot sūt? D. duæ pri-
mitiua & deriuatīa: quæ sūt cōes tā pro
priis q̄ appellatiuis nōibus.

Ad aliquid dictum quod ſine intellectu eius ad quod dicitur ꝓferri nō pōt: ut filius ad patrem: ſeruus ad dominū.

Quaſi ad aliquid dictū qđ habet aliqd cōtrariū & ſemꝑ adhærēs: vt dies: nox dexter: ſiniſter.

Gentile qđ gentē ſignificat: ut græcus: latinus.

Patriū qđ a patria ſumitur: vt atheniēſis Romanus.

Interogatiuum q̄đ cū interogatōne profert: ut Quis: qualis: quātus: quot: quotus cū ſuos ꝟuat accētus. i. acutos.

Infinita e diuerſo ſūt cū ī lectōe graui accentu pronūtiant.

Relatiua eadē & ſimilitudīs eſſe poſſūt: ſicut ēt talis: tātus: tot: quæ redditīa quoꝙ dicuntur.

Collectiuū ē qđ ī ſingl'ari numero mltitudinē ſignificat: vt populus: plebs.

Diuiduū eſt quod a duobus uel ampliori bus ad ſingulos hēt relationē: l' plures ī numeros pares diſtributos. ut uterque Alteruter: Quiſque: Sīguli Bini: Terni

F actitiuum qđ a ꝓprietate ſonoꝝ ꝑ imitatõnem factum eſt: ut turtur: tintinabulum.

G enerale ẽ qđ ĩ diuerſas ſpecies põt diuidi: vt aĩal: arbor.

S peciale quod a genere diuidit̃: vt homo equus: laurus.

O rdinale qđ ordinem ſignificat: ut primus: ſecnndus: tertius.

N umerale qđ numerum demonſtrat: ut unus: duo: tres.

A bſolutum qđ per ſe intelligitur: vt deus ratio.

L ocale qđ locũ ſignificat: vt propinquus longinquus: proximus: medioximus.

T emporale quod tẽpus oſtendit: vt mẽſis annus.

M. Quot ſunt communia deriuatiuis tm̃ D. Nouem. Patronymicum: poſſeſſiuũ comparatiuum: ſuperlatiuum: diminutiuum: denominatiuum: uerbale: participiale: aduerbiale.

DE NOMINE PATRONYMICO.

M. Quid eſt patronymicum? D. Quod

ſignificãt cũ genitiuo primitiui filios ſ nepotes: vt eacides æaci filius vel nepos Deriuantur autem a propriis tantum modo patrum nominibus. Abuſiue tñ etiam a matribus. vt latonides: latonæ filius apollo: ſic & illiades: coronides. Ab auis quoq; maternis: vt atlantiades: Inachides. A Regibus ſiue conditoribus: ut theſeide: cecropidæ .æneadæ: Romulidæ. A fratribus: vt phetontides.

M. Quot ſunt formæ patronymicoꝝ? D. tres. In des linguæ communis: quia ſola utuntur latini. In on producta iadis ĩ adios æolice.

M. Patronymica in des quibus noſtri utũtur: quomodo formantur? D. Si a nominibus in as pirmæ declinationis: vel in ius ſecundæ ueniunt a penultimam breuem habẽt. Pelias peliæ peliades. Aeneas æneæ æneades. Nam ænides Pœta licenſ dixit. mœnetius mœnetii mœneti ades. Si uŏ a nominibꝫ ĩ es eiuſdẽ. i. primæ declĩatõis tã ĩ ades q̃ ĩ ides ĩueniũt: vt hippotes hippotades: butes butades:

corenites corenetides. Anchiſes Anchi
ſides: ſed Pœta dixit anchiſiades: Sin ãt
a nominibus in us uel eus ſecundæ de-
clinationis & ab omnibus tertie faciunt
in ides: vt Priamus priamides: peleus pe
leides: & per ſinæreſim pelides. Nam ti
tides pro tidides Virgilius protulit. Po-
liſtenes poliſtenides: neſtor neſtorides:
Pœtæ tamen uel addũt: vt peliades: atlã
tides: uel adimunt: ut deucalides Scipia
des. Quædam contra regulam penulti
mas producunt: ut demades: codrides:
lycorgides.

M. Quot ſunt formæ patronimicorũ fœ
mininorum? D. Tres in is uel in as uel
in ne: Formantur autem a maſculis ſub
tracta de: vt priamides priamis: peliades
pelias. Sic ergo Aeneades æneas. Nam
æneis pœtica auctoritate profertur. Pe-
leis & theſeis: & ſimilia ab integris for-
mant pelleides: theſeides. ī. e. uŏ iadis lĩ
guæ ſi ueniũt a primitiuis in ius. o. ꝑduc
tã hñt añ ne: ut acriſius acriſione: ſi ab
aliis. i. penultimã ſilr ꝑductã: ut nerine:

adraſtine.

DE POSSESSIVO.

M. Quid eſt poſſeſſiuum? D. Quod cum genitiuo primitiui ſignificat aliquid ex his quæ poſſidentur: ut Euādrius enſis pro enſis Euandri.

M. Quot ſunt formæ poſſeſſiuorū? D. tres quas a græcis accepimus. In cus. a. breui uel. i. uel. y. añcedentibus: ut bebriacus. Italicus. libycus. In us añcedentibus. e. cŏrepta: ut Romuleus: aureus: iligneus. Dicitur etiam iliceus. E. producta: vt phœbeus: achilleus: Et omnia ei diphthongū apud græcos habentia: niſi abiiciatur. i. Nam. E: breuis tunc remanet: ut hectoreus: agenoreus. I. breui ut mätius: aruiſius. I. producta: vt dius: phytius: chius: litius. O. producta: ut herous æ. vt ſabæus. Et omnia quæ a fœmininis græcis in. e. longam deſinentibus formantur: Vt cyrene cyrenæus: Vel a uĕ bis circūflexis: Vt timo timæus. In uus: ut argiuus. Dicitur tam̃ & argeus ſimiliter in latinis Dictionibus. Indicatiuus:

impatiuus & reliqua.

Duæ vero formæ latini sermonis ꝓprie ī rus: vt legatarius vxorius. In nus antecedentibus a longa: vt Romanus toletanus: Pestanus. E. lōga: vt terrentus: egenus. I. longa: vt austrinus: Camerinus: reginus. I. breui a nōibus arborum: Vt oleaginus faginus: & ab aduerbiis temporalibus: vt crastinus: hornotinus: diutinus: Pristinus. Nam matutinꝯ a mátuta deriuat. V. longa: Vt annuus. R. ante nus: vt diurnus: mensurnꝯ: hestēnus: colurnꝯ: queruus: acernus. Paternus. l. vt ficulnus Populnus non solū populeus. G. vt abiegnus.

DE COMPARATIVO.

M. Quid est compatiuū? D. Est quod cū Positiui iutellectu magis adv̄biū̄ significat: Vt sapientior magis sapiens. Vl cū aliquo ꝓcipe sensu Positiui: Vt vlterior magis vltra q̄ ille qui est vltra. Et hæ quidem comparationes: q̄ ad Personas vel ad res Participes Positiui fiunt: nascū̄ a dictionibus carentibus casu: vt a

uerbis detero deterior. Ab aduerbiis: ſi
ue præpoſitõibus ut extra exterior: ſu-
pra ſuperior: ultra ulterior:. Sed ex his
ipſis aduerbia fiunt cõparatiua quæ cuꝫ
magis ipſum poſitiuum aduerbium ſi-
gnificant: ut ulterius magis ultra: citeri
ut magis citra.

M. Cõparatiuũ unde formatur? D. A no
mine adiectiuo albus albiõ. a uerbo: ut
detero deterior. A participio: ut prudẽs
prudentior: Sed non eſt participiũ quã
do comparaſ. ab aduerbio ſiue præpoſi
tõe: ut ultra ulterior: penitus penitior.

M. Quomodo formatur a nomine? D. Si
fuerit ſecundæ declinationis a gtõ aſſũ
pta or: ut clarus clari clarior: tener neri
tenerior: doctus cti doctior. Notatur a
ſiniſter ſiniſterior: & non ſiniſtrior: ex
cipiuntur quæ uocalem habent ante us
Hæc enim aſſumũt magis aduerbium
& uſum comparatiui complent: ut pius
magis pius: ſtrenuus magis ſtrenuus.
Apud antiquos inuenitur arduior. ſtre
nuior & eiuſmodi. Iuuenalis etiaꝫ dixit

Egregius cœnat ꝓ magis egregie. Exci
piũtur etiã anomola: ut bonus melior:
malus peior. magnus maior: paruus mi
nor: multus plus: quod in ſingulari nu
mero neutri tm̃ generis ẽ: In plurali ẽt
cõis: ut hi & hæ plures & hæc plura: &
ſecũdũ antiquos pluria. Suplatiuus quo
que eius om̃ium generum: ut plurimus
ma mũ. Notanſ uero munificus munifi
centior: & magnificus magnificentior:
& beneficus beneficẽtior & reliq̃ huiuſ
modi. Si uero fuerit tertiæ declinatõnis
a dtõ formaſ addita or: ut hic & hæc fõ
tis & hoc forte: huic forti fortior: acer
huius acri acrior: Pauper huic pauperi
pauperior: locuples locupleti locupletiõ
impudẽs ĩpupẽti ĩpudẽtior. Excipiſ Iu-
uenis huic iuueni iunior: neq̃ ĩdeclina-
bile triũ geneꝝ tã cõꝑatiuũ habet q̃ ſuꝑ
latiuũ: neqꝺor nequiſſimus.

M. Quomodo formatur ab aduerbiis? D.
Si ĩ ra deſinũt: ra ĩer mutata & accepta
ior: ut extrã exter exterior: ĩfra ĩferior.
Siſr facit poſt poſterior: & añ anterior:

ppe uero ꝓpior:& detero uerbū deteri-
or. Sæpe compatiuū non habet. Super-
latiuū antiqui protulerūt ſæpiſſiūs. Pri-
dem uero prior & primus facere uideſ.

M:Cuius generis ſūt cōꝓpatiua? D.Cōmu
nis & mutata or in us neutrū faciūt: Vt
hic & hæc fortior & hoc fortius. Excipi
tur unū ſenior:quod poſitiui genus ſer
uauit. Antiqſſimi tñ proferebāt hic &
hæc ſenex.

M.Compatiuus cui caſui iungiť? D.Abla
tiuo utriuſq; numeri interdum ēt nomi
natiuo cum q̃:ut fortior illo:& fortiō q̃
ille. Comparatiuus tamen per ſe ponit.
Aliquando pro poſitiuo:ut ſenior ꝓ ſe-
nex. Aliquando minus eo ſignificat:ut
triſtior parū triſtis.

M.Comparatiuū cui comparatur? D.Pro
prie poſitiō ſuo:ut fortior illo forti. nō-
nunq̃ tamen etiam contrario poſitiui.
ut mare ponticuꝫ dulcius q̃ cætera. Ple
runq; ēt compatiuo:ut achilles fortior
Hectore fortiore Patroclo. Aliquando
& ſuperlatiō:ut achilles fortior hectore

troianoꝝ fortiſſimo. Quædam ẽt cõpa
ratiua diminutõem accipiũt: ut grandi-
uſculus: maiuſculus meliuſculus.

M. Tam & q̃ quibꝫ adiiciũt? D. Cõparatĩo
& ſuplatĩo: ut tã iuſtior q̃ fœlicior æne-
as hectore: & tã iuſtiſſimus q̃ fœliciſſi-
mus troianoꝝ æneas.

M. Minus aduerbiũ cum poſitiuo iunctuꝫ
quid ſignificat? D. Contrariæ ſignifica
tionis cõparatiuũ. ut minus ſtultus. id-
eſt prudẽtior. aliqñ nõ: ut minus malus
ideſt bonus.

M. Magis aduerbiũ cui iungit? D: Nõ ſo-
lũ poſitiuo: ſed etiã cõparatiuo: qñ com
paratiuus ipſe uel ad ſe uel ad alium cõ
parat: ut achilles ænea fortior magis q̃
inſtior: & aiax ulixe fortior magis q̃ di
omede.

DE SVPERLATIVO.

M. Quid ẽ ſuplatiuũ? D. Quod ad plures
ſui generis cõpatũ ſupponit õibus: uł p
ſe platũ intellectũ habet poſitiui cũ ual
de aduerbio: ut fortiſſimus græcorum
Achilles. ideſt fortis ſuper græcos: &

fortiſſimus hercules.i. ualde fortis.
M. Superlatiuū ex q̄bus fit p̄tibus oī ois?
D. Ex q̄bus & compatiuum.
M. Quomodo formaſ ex nōie adiectiuo?
D. Si deſinit ī er tā ſecundæ q̄ tertiæ de
clīationis accipit rimus: ut pulcher pul
cherrimus: acer acerrimus. Excipiunſ
dextimus & ſiniſtimus. Si uero termi-
nat ī us ſæ declinatōnis aſſumunt ī gtō
.s. & ſimus: ut clarus clari clariſſimus.
Excipiuntur anomala: bonus optimus:
malus peſſimus: magnus maximus: pā
uus minimus: multus plurimus. Notaſ
etiam maturrimus: quod tamen etiam
maturiſſimus facit ſecundum regulam
ſed raro. Nuperrimus quoq̄ apud anti-
quos inuenitur: & poſitiuus eius nupe-
rus: Sed rationabilius naſcitur ab aduē
bio nup nuprimus. nā magnificētiſſiūs
munificētiſſiūs: bñficētiſſiūs cōp̄atiuo
rum ſequntur anologiam. Antiquī tam̄
munificiſſimus: & mirificiſſimus p̄tule
runt. Si uero ſint tertiæ declīatōnis gtō
aſſumunt ſimus: ut fortis fortiſſimus:

clemens clemẽtiſſimus. Excipiuntur ſa
cillimus: difficillimus: gracilliũs: humul
limus: ſimilliũs. diſſimillimus : agilliũs
Et quæ a nominibus ĩ er terminãtibus
nata de qbus ſupra dictũ ẽ: ut acerrimꝰ
ſaluberrimus. celeberrimus Nã ſaluber
& celeber Ouidius protulit. Veterrimꝰ
quoqꝫ quaſi a poſitiõ ueter: qđ apđ anti
quos inuenit & cõpatiuũ eius ueterior.

M. Quæ ſuꝑlatiua deſinunt in ximus? D.
Duo unum ab anomalo magnus maxi
mus: alterum aduerbio prope proxiũs:
Quod ẽt ꝑ cognato accipit: & tũc com
parat proximus proximior.

M. Quot deſinunt in timus? D. Sex bonꝰ
optimus: dexter dextimus: ſiniſter ſini
ſtimus: ĩtra ĩtimus. ultra ultimus: citra
citimus: Cuius poſitiuum citer antiq ꝑ
tulerunt. extimus quoqꝫ & extremus di
cebant.

M. Quot deſinunt ĩ remus? D. tria extra
extremus: ſupra ſupremꝰ poſt poſtreũs

M. Quot deſinũt in ſimus? D. Vnũ infra
iuſimus. inuenitur ẽt a uerbo unum in

rimus:detero deterrimus. Antiq etiã a
pene aduerbio peniſſimꝯ ſuplatiuũ pro
tulerunt:& a penitus penitiſſimus: ſed
inuenitur etiam:hic penitus peniti.

M. Superlatiuum cui caſui iungit? D:Ge
nitiõ plrali:vt fortiſſimus illoꝝ:vel ſin
glari qñ mltitudinem ſignificat:vt for
tiſſimus gentis:vnde etiam Poeta dixit
ditiſſimus agri:videlicet phœnicũ.

DE DIMINVTIVO.

M. Quid eſt diminutiuum? D. Quod di-
minutionem primitiui ſui abſolute de-
monſtrat:vt Regulus paruus Rex:Ab
ſolute ideo qa comparatiã minuunt eti
am aliquando:ſed non abſolute:vt ma-
iuſculus q̃ ille.ideſt paruo maior q̃ ille.

MQuot ſunt formæ diminutiõꝝ? D.Ma
ſculini generis ſunt hæ: Culus:vt igni-
culus:vlus abſq; c.vt tantulus:olus: Vt
capreolus:ellus vt agellus:illus.x.ante-
cedente:vt paxillus:illus abſq; x.ut co-
dicilus:vllus geminata.l.vt homullus:
cio:vt homuncio:aſter vt parafitaſter:
leus Vt equuleus:tulus Vt nepotulus.

Fœmini ãt generis hæ:Cula vt anicula:
vla abſq;.c.vt ſiluula:ola vt vnciola.El-
la vt capella:xilla: ut maxilla. illa abſq;
x·ut anguilla:ulla gemĩata.l:ut ab una
ulla.Neutri quoq; generis culum:ut cŏ
culum:ulum ſine.c.ut capitulũ:Olum
ut laureolũ.ellũ ut lucellum.xillũ ut ue
xillũ.Illũ abſq;.x.ut uillũ. Vllũ gemĩa
ta.l.ut ab unum ullũ. Et ſciẽdum quod
nomina tertiæ uel quartæ declinationis
pleraq; etiam quĩtæ diminutiua faciunt
in culus cula culum:ut fraterculus:ma-
tercula pauperculum. Curriculus dicit
etiam curriculum:anicula: geniculũ:di
ecula.uulpecula:recula.Primæ uero &
ſecũdæ declinationis nomina non faci
unt eiuſmodi diminutiua:niſi habeant
.e.a primitiuo:ut græcus græculus:fur
ca furcula·In aſter & cio & leus pauca ĩ
ueniuntur. In aſter ut ſurdaſter:para-
ſitaſtë.In cio ut homũcio ſenctio.In le
us:ut equuleus:oculeus.In ſcus græca
forma ẽ qua uſus ẽ Terẽtius:ut ſyricus
ideſt paruus ſyrus:

DE DENOMINATIVO.

M. Quid ē diminutiuum? D. Quod a uoce primitiui ſui ſic nominatum ē nō ab aliq̄ ſpeciali ſignificatōe: ſicut ſupradictæ ſpecies: q̄ tñ & ipſe dici poſſunt denōiatiuæ: qa ex nōibus formāt.

DE VERBALI.

Similiter uerbale dicitur quod a uerbo:

DE PARTICIPIALI.

Participiale qd' a participio.

DE ADVERBIALI.

Aduerbiale qd' ab aduerbio deriuat.

M. Quæ ſunt eoꝝ formæ? D. Hæ in .a. ut durus duritia: prudens prudentia.

In .a. conſonante antecedente: Vt cantus cantilena.

In .e. vt a cubo cubile: a ſedeo ſedile.

In .i. vt a fruge frugi: a nihilo nihili.

In .o. vt cicer Cicero.

In .u. vt tono tonitru.

In al vt ceruix cēuical: tribunꝰ tribunal.

In il: vt vigilo uigil: pugillus pugil.

In ul: vt exulo exul: præſulo præſul.

In am: vt nequis nequam.

I n um. Vt oliua oliuetum: rosa rosetum tendo tentorium: sto stabulum: præsideo præsidium.

I n en: ut solor solamen.

I n ar: ut calx calcar: cædo Cæsar.

I n er: ut equus equester: macies macer.

I n or: ut senatus senator: amor amator.

I n ur: ut saturo satur: murmuro murmũ

I n as: ut Primus primas: Optimus optimas: ciuis ciuitas: probus ꝓbitas: Arpinuꝫ Arpinas.

I n es correptã: ut pes pedes: equus eques tego teges. In es productam: ut pauper pauperies: acus acies: sepio sepes struo strues: sterno strages.

I n is: ut ædes ædilis: Rex Regalis: penetro penetrabilis: amo amabilis: Athenæ athenienſis: Sicilia ſicilienſis.

I n os: ut lepus lepos: custodio custos.

I n us puraꝫ: ut occido occiduus: assideo assiduus. qđ ab asse dando deriuari qdã uoluut.

I n us antepositã consonante: ut saxum saxosus. spuma spumosus: uito uitabun

dus. Et a participiis: ut uersus: saltus qñ quartæ sunt declinationis. Ab aduerbiis. vt supra uel sup supnus: ifra inferus: uel infernus: extra externus: hodie hodiernus: heri hesternus.

I n. x. fur furax: Capio capax: Audeo audax: uerto uertex.

I n duas consonantes: Vt picenũ picens: tibur tiburs.

DE NOMINE ET SVIS ACCIDENTIBVS.

M. Ector cuius speciei? D. Derivatiuæ. Quia secundam optinet Positionem. Deriuatur enim a supino uerbi mutatione um in or: Vt lectum lector. Cuius fœmininum fit or in. rix. lectrix. nutritor per syncopã nutrix.

M. Quot modis fiunt deriuationes? D. Quinque: additione: ut probi probitas Diminutione: ut uigilo uigil: Mutatõe: ut doctũ doctor: diuësa significatõe: ut formido formidas: formido formidinis Compositione. ut piger impiger.

M. Lector cuiꝰ deriuatiæ? D. Appellatiuæ quia naturalr̄ eſt cōe multorum.

M. Cuius appellatiuæ? D. Relatiuæ: Quia refertur ſuo legenti.

M. Lector cuius generis? D. Maſculini ſ3 regulā nōinum i or deſinētium.

M. Quot modis genera dignoſcunt? D. Quattuor. Natura: ut maſculus & fœmina: Auctoritate: ut dama ſm Virgilium maſculini generis eſt ſm Oratium fœminini: Articulo: ut hic lector regula: vt ſupra dictum eſt.

M. Lector fixum ne eſt: an mobile? D Fixum: Quia nec per uoces genus uariat nec per articulos: Quod proprium eſt mobilium. Sciendum tamen quod nominum alia dicuntur mobilia: alia fixa. Alia nec mobilia nec fixa. Mobiliū uō alia uoce & ſignificatōe: ut Natus nata Alia ſignificatione & non uoce: Vt Pater: maſ. Alia uoce & ñ ſignificatōe: ut frugifer: frugifera: Alia q̃ſi mobilia tāq̃ a ſe & ñ ex maſculīs nata: ut helenus helena. Alia mutātia genus cā differētiæ.

non ſignificatione: Vt hæc pirus:hoc
pirum:
M. Lector cuius nuēri? D. Sīgl'aris: qa ſin
gl'aritatē ſignificat.
M. Quid ē nuèrus? D. Forma dictionis q̄
facere pōt diſcretōem quātitatis.
M. Lector cuius figuræ? D. Sīplicis qa nō
poteſt in duas ptes ſignificatiuas diuidi
M. Quid eſt figura? D. Per quam cogno-
ſcimus unāquanq; dictionem an ſit ſī-
plex: an compoſita: an decompoſita. Et
decompoſita quidem eſt quæ a compo-
ſita fit: ut magnanimitas. Compoīta ue
ro uel ex duobus integris: ut ſuburba-
nus uel ex duobus corruptis: ut efficax:
uel ex corrupto & ītegro: ut īſulſus. Ex
cōpluribus: ut īexpugnabilis.
M. Vnde dicit figura? D. A fīgēdo. ideſt
componendo.
M. Lector cuius caūs? D. Nominatiui: qa
nominat rem.
M. Quid eſt caūs? D. Declinatio nōis: vel
aliarum partium declīabiliū q̄ maxime
fit in fine.

M. Cur maxime ſit in fine? D. Quia plerũq; ſit in principio: ut iuppiter iouis: & in medio: ut pectus pectoris.

M. Vnde dicitur caſus? D. a cadẽdo: eo qd' terminatio unius cadit ab altero.

M. Caũs nominũ quot ſũt? D. Sex nomĩatiuus qui & rectus dicitur eo qd' nominat rem & a nullo cadit.

Genitiuus qui & paternus & poſſeſſiuus dicitur quia cæteri caſus ab eo generantur & poſſeſſio per eundẽ monſtratur uel quia patronymica & poſſeſſiua p eũ reſoluuntur.

Dtũs q & cõmẽdatiuus dicit: qa per eũ damus & cõmẽdamus.

Accuſatiuus qui & cauſatiuus: quia p eum accuſamus & cauſamur: & in cauſa hominẽ facimus.

Vocatiuus cui & ſalutanti nomen datur: qa p eũ fit uocatõ & ſalutõ.

Ablatiuus qui & comparatiuus: quia p eũ auferimꝰ & comparamus: multas tamẽ & diuerſas alias unuſq; ſq; caũs hẽt ſignificationes: ſꝫ a notioribꝫ & freq̃ntõribꝫ

acceperunt nominatōnem: ſicut in aliis
q̄uoq; inuenimus. ut patronymica non
quod omnia: ſed pleraq; a patribus deri
uātur.

M: Quomodo declīat lector? D. Voce &
ſignificatōne.

M. Quot modis fit declinatio? D. Duob3
modis: uoce & ſignificatōne: Vt domi-
nus: ſignificatōe & nō uoce: Vt genu.

M. Quot ſunt formæ caſuales? D. Sex.
Monoptota: quæ unā tantū terminatio
nem habet: ut gelu.
Diptota: quæ duas: ut tabi tabo.
Triptota: quæ tres: ut muſa.
Tetraptota: quæ quattuor: ut magiſter.
Pentaptota: quæ quinq; : ut doctor.
Hexaptota: quæ ſex: ſicut nomīa ī us quo
rum genitiuus effertur iu ius: Vt unus
unius.

M. Quot ſūt declinationes nominū? D.
Quinq;.
Prima tres habet terminatōes. A. ut mu
ſa. as. Vt Aeneas. es. Vt anchiſes: Cuiꝰ
gtūs deſinit in: æ. dipgthongū.

Secunda sex:er ut magister:ir: Vt uir:ur Vt satur:us: Vt dñs:eus:ut tideus: Vm Vt templū. Cuiꝰ gtūs desinit in .i. productum.

Tertia:octo & septuagīta:q̄s oīs executi sumus cū de genere nominū tractare mus eius gtūs desinit in is correptam.

Quarta duas us ut manꝰ:u:ut cornu cuiꝰ gtūs desinit in .i. productū.

Quinta unā: Vt dies:cuiꝰ gtūs in ei diuisas desinit.

Quis nel q & reliq̄ nomina quoꝝ gtūs in ius desinit:nulliꝰ declīatōnis dicūt:sed pronominum secūdæ declinatōis regulam sequnt.

M. Quis cur caret Vocatīo? D. Quia nomina interogatīa īfinita negatīa:distributīa uel partitīa relatīa Vocatiuū non habent:ut quis uel qui:qualis:quantus: tantus:alius:nullus:alter: uter:uterque singuli:bini:terni:& his similia. Et quis duplices casus habet:quia apd̄ antiquos primæ:secundæ:& tertiæ declinationis fuit.

M. Robat quæ ꝑs est? D. Verbū est. Quia tēporibus ĩflectit sine casu.

M. Quid est uerbū? D. Pars oro nis significatiua agendi uel patiēdi: siue utrūq; cū modis & formis sine casu.

M. Quot accidunt uerbo? D. Octo. genꝰ tempus. modus: species: figura cōiugatio ꝑsona cū numero.

M. Probat cuius generis? D. Actiui. Quia significat actōem.

Probat passiui: quia significat passionē.

Hortatur communis: qa una terminatōe utrāq; habet significatōem.

Sequor deponentis: Quia deponit alterā scilitcet passiuam.

Curro neutri: qa nō facit ex se passiuum assūpta. r.

M. Probat cuius tēporis? D. Præsētis: quia præsētē actionem significat.

M. Probo qūo facit præteritū. D. Probaui ꝫm regulā præteritoꝝ: ꝺ quibus ante dictum est.

M. Quid eſt tempus? D. Quoddam rerũ principium quod diuiditur in præſens: præteritum: & futurũ: uel tẽpus ẽ qdã daz æternitatis ſpaciũ & trãſitoriũ.

M. Præſens tempus cur poniť primũ? D. Quia in eo ſumus: & ꝑ id cætera digno ſcimus: Cuius pars dum præterierit præ reritum impfectũ eſt: Cum ex toto præ terierit: præteritum perfectũ eſt. Si iam ex longo præteriierit præteritum pluſq̃ perfectũ. Futuro ideo poſtremum poni tur: qa naſciť a pñti & ꝑs ẽ poſterioꝰ præ ſẽtis: q̃ preteritum.

M. Probat cuius modi? D. Indicatiui: quia indicat rem qui plerunq; inuenitur du- bitatiuus: ut ſi placet utere. & interoga tiuus. ut putas ne bona ſit uirtus? Vnde per ipſum plerunq; affirmatĩe uel nega tiue reſpondemus. Idem modus ad ple nam quoq; expoſitionem aptus ẽ: ut fui mus troes.

M. Proba: Cuius modi? D. Imperatiui: Quia imperat Rem: quo etiam oran- tes Vtimur: Vt Muſa mihi Cauſas

memora. Cui etiã ſæpe cõiũctĩa adiũgi
tur: ut lege: ut diſcas: & hortatiua aduẽ
bia: ut eia age rumpe moras.

M. Vtinã ꝓbarẽ cuius modi? D. Optatiui
ꝙa optat cui adiungũt optatiua aduer-
bia ad ãpliorẽ ſignificatõem. ut utinam
probares

M. Cum probarẽ cuius modi? D. Subiun-
ctiui: quia ſibi aliud uerbum inngit: Vt
cum audieris ſcies: uel ipſum aduerbio
adiungitur ſiue coniũctione: uel õibus
modis iungi põt. habet ãt multas ſigni-
ficationes. ẽ qñ dubitatõnem ſignificat:
ut eloquar an ſileã. Eſt qñ cõfirmatõez
ſignificat: ut certe hinc Romanos fore
pollicitus. Qui mare qui terras oñi di-
tione tenerent. Eſt qñ ſuadẽtes hoc uti-
mur: ut ſi dicã prodeſt ut legas. Eſt quã
do imperantes: ut ne dicas ne facias: Eſt
quando oſtendentes aliquid poſſe fieri
niſi quid impedimẽto fuiſſet: ut Dicerẽ
ſi licuiſſet.

M. Probare: cuius modi? D. Infinitiui: ꝙa
eget uno ex ſuperioribus ad ſui elucida

tōem:ut legere propero & utinā legere
ꝓperarē.Cū legere properarem:
M.Curritur quod uerbuꝫ?D. Impersona
le:quia eget persōnis pronominum dū
expoītur:ut a me:uel a te:uel ab illio cū
rif .Inpersonalia uō unde formēf & un
de nascāf dictū ē supra:ubi de uerbis ꝺ
fectiuis tractatur.
M.Supina:ut probatum tu:& gerūdia uel
participialia:ut probādi do probādum
quæ partes sunt?D. Nomina:quia licet
ponātur modo pro actiuis:modo ꝓ pas
siuis:non tamen sūt uerba. Carent enī
temporibus:uec ꝓsonas discernūt: Iun
guntur āt casibus & diuersis nūeris.
M.Quid est modus?D. Diuersa animi ī
clinatō uarios eius effectus ostendens.
M.Indicatiuus quar ponitur primus?D:
Quia ꝓfectus est oīibus tā ꝓsonis q̄ tē
poribus.& ab eo omnes alii mōi nascūf
& regulā accipiunt.
Impatiuus seqf qa ipē est ꝓ se absolutus
nō egēs alia ꝓte oīonis.
Optatiuus tertius est:quia eget alia ꝓte

& optans inferior est imperante.

Subiunctiuus postponit: quia eget non modo aduerbio uel cõiunctõne: ʒ etiaʒ altero uerbo ad pfectõnem sensus.

Infinitiuus ponit extreũs: quia eget nũeris & psonis & aliquo mõ supradictoꝝ.

M. Probat cuius spẽi? D. Primitĩe. qa primam positionẽ ab ipsa natura tenet.

M. Quot sunt species uerboꝝ? D. due: primitiua & deriuatĩa. Primitiua: ut lego. Deriuatiua: ut lecturio.

M. Quot sunt spẽs deriuatiuoꝝ? D. quĩq; Meditatiua: ut lecturio: Inchoatiua: ut ferueſco. Frequẽtatiua: ut lectito. Desideratĩa: ut uiso. Diminutĩa: ut sorbillo. Sunt tamñ & aliæ uerboꝝ formæ tã a nõibus q̃ a uerbis nascẽtes: ut a patre patrisso a græco græcisso. & græcor græcaris A grege. grego gregas: A philosopho. philosophor aris. A poeta. poetor pœtaris. In co: ut albico albicas. Similiter a uello uellico. A fodio. fodico. A nutrio. nutrico & nutricor deponens: sicut a scio scitor & sciscitor.

M. Probat cuius figuræ. D. Simplicis: qa non potest in duas ptis significatias diuidi. Compositū qđ diuidi pōt. Decompositū qđ a cōposito deriuat: ut a cōcupio concupisco.

M. Quot sunt coniugatōnes uerborū?

D. Quattuor. Prima habet. a. secunda. e Tertia. i. correptā. Quarta. i. pducta; In actīo & neutro ante. s. In passiuo & deponenti & cōi ante ris. Quæ coniugatōes: ideo noscunt a secunda pſona: qa ibi pducta uocales primū occurrūt.

M. Tertia coniugatio quare habet. i. breuem?

D. Quia ipsum. i. mutatur in. e. in imperatiuo. Nā quarta ideo habet. i. pductam: quia duæ uocales breues primæ pſonæ presentis in ipsam mutatur: ut audio audis ī is pductam audis: & in imperatiuo remanet: ut audi.

M. Probat cuius personæ. D. Tertiæ. quia ipsa ē de q̄ prīa loq̄t ad ſam. Prīa ē q̄ de se sola loquitur. Secunda ad quam ſmo recte dirigitur.

M. Personæ quare ponuntur in ultimis

accidentium? D. Quia non omni uer
bo adhærent: ſicut alia accidentia. Ideo
aũt ſimul cum numero: qa ſemp ſibi
ſociantur in uerbo.

M. Probat cuius numeri? D. Singularis.
Quia ſingulariter ſignificat.

DE PARTICIPIO & ſuis accidentibꝫ

M. Robans quæ pars eſt. D. Par
ticipium. Quia idẽ quod uer
bum ſignificat cum genere &
caſu nominis.

M. Quid eſt participium? D. Pars oratio-
nis quæ pro uerbo naturaliter accipitur
habens genus & caſus ad ſimilitudinẽ
nominum. & accidentia uerbi abſque
diſcretione perſonarum & modorum.
Hinc etiã dicitur participium eo qꝫ par
tem nominis capiat partemqꝫ uerbi.

M. Quid eſt propriuꝫ participii? D. Tem
pus ſimul & caſus habere. Ideoque iure
ſeparatur a uerbo: quia caſus habet &
genera ad ſimilitudinem nominũ. nec
modos habet: ſicut uerbum.

M. Cur inuentum eſt participium: D. ut

uice uerbi intranſitiue obliquis iunge-
retur:quibus nequaquam iungitur uer
bum intranſitiue: Vt uerba loquẽtis ho
minis audiui.uel cuꝫ alio uerbo ſine cõ
iunctione ꝓferatur in ntõ caſu: Vt le-
gens doceo:pro lego & doceo.& in utõ
Vt o tu legens fac.i.lege & fac:

M. Quot accidunt participio? D. Sex ge-
nus:caſus:ſignificatio: tempus:nume-
rus & figura.Genus & caſus ideo ĩ pri
mis cõnumerantur:quia hæc a nomine
capit:quæ prima eſt partium orationis.
Significatio & tempus a uerbo quæ ſe-
cũda eſt.Poſtremo numerus & figura.
quia utrunque ab utriſque comuniter
ſuſcipit.

M. Cuius generis probãs. D. Communis
trium generum: quia ipſi hic & hæc &
hoc indeclinabile præponuntur.

M. Quot ſunt genera participiorum? D.
Quattuor:Maſculinum. fœmininum
& neutrum: Vt probatus probata pro-
batum. Quia maſculino:fœminino &
neutro adhærent & cõe trium generuꝫ

Vt hic & hæc & hoc probans.
M·Cuius ſignificationis probans. D. Actiuæ: quia ab actiuo uerbo deriuatur. Probato paſſiue: quia a paſſiuo. Ambulans neutralis: quia a neutro: Loquens deponentis: quia a deponenti: Largiens communis: quia a commuui deriuatur. & eiſdem caſibus iunguntur q̃bus & uë ba vñ formantur.
M. Probans cuius temporis? D. Præſentis & præteriti impfecti. Quia ſimul utrũq̃ tempus ſignificat: qũo optatiuus & infinitiuus·
M. Quot ſunt tempora participioruꝫ? D. Tria: quorum duo coniuncta ſunt præſens cum præterito imperfecto: ut probans. Præteritum perfectum cum pluſq̃perfecto: ut probatus. Futurum per ſe ut probaturus & probandus. Et præſentis quidem temporis & præteriti imperfecti participia ab oñibus uerbis deriuãtur præter q̃ a paſſiuis: & actĩaꝫ ſignificatõem habent. Præteriti uero & pluſq̃perfecti ab oñibus item uerbis fiunt:

Præter q̃ ab actiuis. Et modo actiuam modo paſſiuam habent ſignificatõnes ſicuti uerba a qbus ueniunt. Nã ſi a cõi bus deriuatur utrãq; retinent ſignificatõem: ut largitus ſuꝫ librum. & liber largitus eſt a me. Rurſus participia futuri temporis in rus ab omnibus uerbis ueniunt. Præter q̃ a paſſiuis & ſignificant actionẽ. In dus quoq; ab omnibꝫ & paſſiue ſunt ſignificationis. De formis ãt participioꝝ ĩ ſupioribus p̃cepta reqrãt.

M. Probans cuius numeri? D. Singularis Probantes pluralis: ut iã dictũ eſt.

M. Quot ſunt figuræ participioꝝ? D: duæ Simplex ut probans: Decompoſita: ut cõprobãs: de qbus ſupra dixiũs

DE PRONOMINE Et ſuis accidẽtibꝫ.

M Go: Quæ pars eſt. D. Pronomen. quia finitã ſignficat perſonã ſine tempore.

M. Quid eſt pronomen? D. Pars oratiõis quæ pro uniuſcuiuſq; nomine accipit: p ſonaſque finitas recipit. Vnde & pronomen dicitur. qa p nõie ponit.

M. Quid eſt proprium pronominis? D.
Pro aliquo proprio nomĩe poni: & certã ſignificare perſonam:
M. pronomini quot accidunt? D. Sex. ſpecies. pſona. genꝰ: nuẽrus: figura & caſus
M. Speties ꝓnominis quot ſunt. D. Quĩdecim: Primitiua: ut ego: tu: ſui: ille: ipſe: iſte hic & is: Deriuatiua ut meus: tuus: ſuus: noſtẽ: ueſter: noſtras & ueſtras & deriuatur a genittuo mei meus: a Genitiõ tui tuus: A genitiõ ſui ſuus. A genitiuo plurali noſtrum uel noſtri noſter. A genitiuo item plurali ueſtrum uel ueſtri ueſter. Et ab eiſdem noſtras: & ueſtras.
M. Ego cuius ſpetiei? D. Primitiue: Quia a nullo deriuatur: Meus deriuatiue: qa deriuaſ a genitiuo mei & ſic de exteris.
M. Quare inuentum eſt pronomen? D. Cauſa nominis & uerbi. Quoniaꝫ uerbum in prima & ſecunda perſona non coniungitur nominibus tertiæ perſone niſi uerbum uocatiuum ſit: uel nuncupatiuum: uel ſubſtantiuum: ut antonio

uocor. Scipio es. Et quia noīna infinita ſunt pronomina quoque tertiæ perſonæ finita inuenta ſunt.

M. Ego cuius perſonæ? D. Prime: Quia de ſe ipſa loquitur. Nā rō ꝑſonæ ī ꝓnominibus eadē ē q̄ in uerbis

M. Cur prima & ſecūda ꝑſona ſingula habent pronomina? D. Quia ſemper inſe præſentes ſunt & demonſtratiuæ: ut ego & tu. Tertia uero perſona plura habet pronomina. Quorum alia ſunt demonſtratiua. ut hic iſte. Alia relatiua: ut is: ipſe: ſui. Vnum relatiuum & demōſtratiuum. ut ille: ipſe: omnibus uerbis adiunctum perfectionem habet: ut ipſe dedi: Ipſe dediſti. Epitagmaticō græce dicitur. ideſt impoſitum uel ſubiunctiuum quod imponitur uel ſubiungitur alteri pronomini. Vt ipſe ego. ipſe tu.

M. Quot ſunt demonſtratiua? D. Quattuor. Duo ad oculum tantum: ut ego & tu. Duo ad oculum & intellectum hic & iſte.

M. Ego & tu demonſtratiua & ſui relati-

tiuum.cur nō habent conſequentē no
minum declinatōem? D. Ne ſi uni eoꝝ
terminationi tantum ſuccederent pro
illis tantummodo accipi uiderentut &
non pro omnibus:uel ideo inæqualem
habent declinationem caſuum:quia ge
nera tam in ſingulari q̄ ī plurali nume-
ro diſcernūtur.

M.Quid diſtat a relatiuo demonſtratiuū

D.Quia demonſtratio reddita interoga-
tioni primā cognitionem oſtēdit:ut q̄s
fecit? Ego.relatio uero ſignificat ſecun
dam cognitionem : ut quis fecit? Is de
quo dixi.

M.Ego cuius generis? D. Omnis: Quia
una eademq; uoce confuſa tria genera
habet.Similiter tu & ſui. Nam reliqua
pronomina diuerſis uocibus diſtincta
habent genera maſculino uel fœminio
ul' neutro adhærētia:ut meus liber mea
ueſtis meum mancipium.

M.Quot ſunt genera pronominum? D.
Quīq; maſculinuꝫ:ut hic fœmīnum:ut
hæc.neutrum ut hoc: Commune duuꝫ

generum: ut hic & hæc nostras: uestras
Cõe triũ generũ: ego: tui: sui.

M. Pronõia deriuatĩa q̃d ostendũt? D. certã possessoris p̃sonã quã habẽt intrĩsecus a primitiuis: Vnde deriuãt: sicut genus & numerũ. Alterã uõ possessionis quã extrinsecus habent a nõibus quib3 adiacent.

De numero iã tradita sũt præcepta: hic tñ præcipit. numerũ ĩ p̃nõie triplice3 dici posse. sĩgularẽ. ut ego: pl̃ralẽ: ut nos. cõmunẽ: ut sui q̃d̃ easdẽ uoces habet tã in singulari q̃ ĩ plurali.

M. Ego cuius figuræ? D. Sĩplicis: Quia in duas p̃tes significatĩas diuidi non põt.

M. Idẽ cuius figuræ? D. Cõpoĩtæ: q̃a diuidi põt ĩ is & demũ ex q̃bus cõponit.

M: Quot sũt figuræ p̃nõium? D. Due tm̃ Simplex & cõposita.

M. Quot sũt p̃nõia: q̃ p̃ntõs cõponũt? D Tria duo scilicet secũ iste & hic: ut istic istæc istoc: unũ scilicet is cũ aduerbio d̃ mũ: ut idẽ q̃d̃ significat isdemũ .i. is iterũ: q̃ cõpositio gemĩat ĩ neutro: ut iden

tidē:cuius obliq deficiūt. Nā tātūdē lic3
ponaſ ꝑ idē:tn̄ qa ſignificat quantitatē
nom̄ ē cuius gtūs tm̄mō ĩueniſ tāride3.
M. Ego cuius caſus? D. Ntī qa nōiat rem
M. Mei cuius caūs? D. Gtī:qa ab eo cæte-
ri caſus gn̄anſ & reliqua:ut ĩ nōie dictū
eſt ubi de caſibus tractatur.
M:Quot ſūt caſus ꝓnōiu3? D. Sex ſicut &
nominū:& prīa qdē ꝑſona pl̄s qnq; ca-
ſib3 hīc ñ poteſt:ſīc & tertia. Secūda uō
ſex hēt caūs. qa ĩ utroq; nūo vtm̄, ſuat
Poſſeſſiuū ēt ſæ ꝑſonæ vtm̄ poſſeſſiōis
hēt:qa ad eū ſmo dirigiſ ubi duo bre-
ues & ĩ unā. i. longā mutāſ: ut mi pater
pro mee pater. Noſtras quoque eadem
ratione habet uocatiuum. Alia uero ca
rent uocatiuo: Quia ſermo ad ea non
dirigitur.
M. Sui cur nō habet nomīatiuū? D. Quia
eadem perſona agit & patitur: uel a ſe
uel ab alia. A ſe:ut Cicero accuſat ſe.
Ab alia Vt Cicero te rogat: Vt ſui cau-
ſa facias. Vnde apparet non recte dici.
Commendo amicum:ut ſibi opituleris

Hīc enim alius eſt qui commendatur & alius qui commē dat. ergo dici debet Commendo amicum: ut ei uel ipſi opituleris pari ratione. Commendo amicū ut cauſam eius. uel ipſius defendas. Nō autem cauſam ſuaꝫ. Præterea caruit nominatiuo ob hanc quoq; cauſam: quia nominatiuus eius debuit eſſe ſi quæ eſt coniunctio: ſicut etiam caruit genitiuo ſis cauſa differentiæ ſis uerbi: Ipſe accuſatiuum facit in um: quia eius maſculinum apud antiquos deſinebat in us: ut ipſus.

M. Quid intereſt inter genitiuos primitiuorū & poſſeſſiuoruꝫ mei: tui: ſui: noſtri & ueſtri? D. Hoc intereſt. Quia oēs caūs oēſq; numeri primitiuis iunguntſ: ut ager mei eſt & mei agri: uel agroruꝫ inſtrumentum. Poſſeſſiua uero ſolis iūguntur genitiuis eiuſdē numeri: ut mei ſerui filius.

M. Quot ſūt formæ caſuales pronominū

D. Quattuor.

Alia enī menoptota. ut iſtuc mecū tecum

ſecum eccū ellum.
Alia triptota:ut ſui:ſibi:ſe.
Alia tetraptota:ut tuus:ſuus illud:iſtud.
Alia pentaptota:ut ille:ipſe:iſte
M.Pronomina tam primitiua q̄ poſſeſſi-
ua quid habent nominū? D.Caūs & ge
nera qđ oſtendūt in fine.
M.Quid habent uëbor? D.Perſonas qđ
oſtendunt in principalibus ſyllabis cuȝ
e diuerſo uerba ipſas ī fine declarēt.
M.Ego cuius modi pronominum? D.Pri
mi.Quia eor genitiuus deſinit in is:ul
in.i.excepto ſui:cuius gtūs deſinit ī.i.
tm̄ cā differētiæ ſis uerbi:ut paulo ante
dictum ē.
M Ille cuius modi? D.Secundi. Quia eo
rum genitiuus deſinit in ius:& datiuus
in.i.excepto hic:cuius datiuus deſinit ī
.c.ut huic cauſa differentiæ hui interie
ctionis.
M.Meus:tuus:ſuus:noſter & ueſter:cuiȝ
modi? D.Tertii.quia ſecūt declinatio-
nē mobiliū nominū.
M.Noſtras & ueſtras cuius modi? D.quā

ti. Quia declinantur ſecundum regulã nominum tertiæ declinatõis.

M. Iſte & hic per quos caſus componunt

D. Per eos tantum caſus qui deſinunt in. .c. abſque datiuo huic. Per pluralem uero nullum: niſi nominatiuum neutri q̃ eſt & accuſatiuus. Nam hic ſolus in plurali deſinit in .c. ut hæc. ergo nominatiuus & actũs plurales faciũt iſtec. In quibus metaplaſmum quidam potius q̃ cõpoſitionem eſſe uolunt: Nam & aſpiration nõ habent ſicuti neq; illic illec Quod ſi compoſita eſſent aſpiratõem ſeruarent: ut adhuc abhinc.

M. Met Cũ qbus adiũgitur? D. Cuꝫ omnibus caſibus primæ perſonæ tam plꝛalis q̃ ſingularis numeri abſq; genitiuo plurali: ut egomet meimet noſmet & reliqua. Secundæ uero perſone obliqs tãtum caſibus: ut tuimet & tibimet. Nominatiuo non addunt: ne uerbum putetur tumet. ſꝫ tute & tutemet proferꝛ.

M. Pte quibus adiungitur? D. Quinque ablatiuis. ut; meapte: tuapte: ſuapte:

nostrapte:& uestrapte.

M.Met:te:pte:cur addūt supradictis ꝑno minibus? D.discretōis cā plerunq; ul' si gnificantiæ:ut egomet feci.i. ego & nō alius:& tute dixti.i.tu ipse ꝑ te & nō ꝑ aliū. Tete utraq; ꝑducta:ut meme:sese cōposita ostēdūt accentu acuto.

M.Ce quibus ꝑnominibus addit. D.Pro nomini demōstrati'o:hic hæc hoc:apd' uetustissimos ꝑ oēs casus:ut hocce hoc cine.Apud iuniores uero ꝑ eos caūs tā tum:quî in.s. desinūt:ut huiusce hisce hosce.Antiq tam̄ hisce ꝑ hi ntō pl'rali ꝑferebāt.Ilice ēt ꝑ illic illiusce:estiusce illucce istucce.Terentius illancine mu lierē dixit ꝑ illāc ne.

M.Pronomina cum quot partibus oratio nis cōponūt? D.Cū tribus:ut cū nomi nibus illiusmōi:istiusmodi: huiusmodi & tūc nomina sunt.quia significant q̄li tatē3. Cū aduerbiis eccū.eccā:eccos:ec cas:ellū ellā ellos ellas.Cū ꝓpositione: ut quidam uolunt mecum:tecum:secū nobiscum uobiscum.Nam aliis rationa

bilius præpoſitio cum pronomine per anaſtrophen eſſe uidetur: ut quicum q̃ buſcum.

DE PRAEPOSITIONE.

M D Quæ pars ē? D. Præpoſitō eſt: Quia præponitur aliis ptibus oratōnis per appoſitionez ut per mare: uel per compoſitionem: ut periurus.

M. Quæ præponuntur per compoſitionē tm̃? D. Di: dis: re: ſe: an: con.

M. Quæ præponuntur per appoſitōnem tantum? D. Apud: citra: circa: erga: extra: infra: iuxta: pene: prope: ſecūduz ultra: ſupra. Cæteræ mō apponuntur: mō componuntur.

M. Vnde dicitur præpoſitio? D. A præponēdo. Quia ſemper præponitur. Poſtponitur tam̃: ſed raro: nec ſolum ī metro: Vt tranſtra per & remos. ſz ī ꝑſa ēt ut mecū: quicū: pubetenus: hactenus: q̃ etiā cū gtō iunguntur: ut cruruz tenus Verſus etiam poſtponitur ſemper: Vt Italiam uerſus & Romam uerſus: quæ

tamen compoſita ſunt: ut illorſum: dex
trorſum læuorſum.

M. Quid eſt proprium præpoſitionis? D. Separatim quidem caſualibus per appoſitionem præponi. Coniunctim uero ꝑ compoſitionem tam caſualibus q̃ non habentibus caſum: Vt induco ĩdoctus. Pronomini tamen nunquam niſi ꝑ appoſitionem iungitur. Præpoſitiue ſunt etiam coniunctiones quædã: ſed a praepoſitionibus differunt: quia coniunctõnes praepoſitae non componuntur cuȝ uerbis.

M. Quae aduerbia inter præpoſitiones numerantur? D. Quaedam localia & q̃dam temporalia: Vt pone: cõtra: infra: ſupra: extra: intra: ultra: pridie: ante.

M. Quot praepoſitiones deſinunt in .x.?

D. Vna: ut ex: Sicut unum aduerbium comicum: ut pax.

M. Quæ ſunt præpoſitiones nullius per ſe certæ ſignificationis? D. Omnes monoſyllabæ: quæ ſine aliis partibus oratõis nihil certum ſignificant: Vt .a. ab. ad.

Nam aliæ certæ ſunt ſignificationis: ut apud: erga. circa.

M. Præpoſitiones quib3 caſibus præponũ tur per appoſitionem? D. Accuſatiuo & ablatiuo. Nam nominatiuo & cæteris obliquis caſibus per compoſitionem. Ideo autem nominatiuo per appoſitio- nem non iungitur: quia nominatiuus dicitur per locutionem: quæ ab una per ſona non tranſit in aliam.

M. Ad tam in compoſitione: q̃ in appoſiti one quid ſignificat? D. & proximitate3 Vt aſſideo ad urbem. ideſt iuxta urbe3 Et cauſam: Vt ad quid hoc feciſti? Et ſi militudine3: ut adæquatus: aſſimilis: ad unguem: & contrarietatem: ut ad illum mihi pugna eſt. & tempus: ut ad bellu3 perſi macedonicũ: & additionẽ : ut ad mala.

M. Per q̃d ſignificat? D. Trãſitũ localem ut p̃ forũ: ſicut & in cõpoſitione: ut per rumpo: & temporalem: ut per diem: ſi- cut omnes locales poſſunt eædem etia3 temporales eſſe. Obtinet ẽt uim iurãdi

ut per caput hoc iuro & perfectõnis: ut
perſeuero: perficio: & aduerbii ualđ: ut
per ecaſtor ſcitus puer. ideſt ualde ſci-
tus & abnegationis: ut ꝑfidus ꝑiurus.

M. poſt quid oſtendit? D. Ordinem ſiue
loci: ut poſt montem oppoſitum: ſiue
dignitatis: ut poſt pietatem utilitas: ſiũ
temporis: ut poſt multuȝ tempus: & ad
uerbii loco ponitur: ut poſt faciet pro
poſtea.

M. Cis quam ſignificatõnem habet? D. et
localem: ut cis alpinam galliam et tem-
poralem: ut cis diſſinituȝ tempus. et me
taphorice dicit: ut cis naturæ leges. i.
minus q̃ patiant leges naturæ.

M. Trans quid ſignificat? D. Et per ut tra
no. Et ad ut trado. Et ſup ut tranſgredi
or. Et ultra ut trans mare trãs alpes.

M: Clam quid ſignificatõnis habet? D. lo
calem. Sed tamen aduerbium eſt magis
Nam et qualitatem demonſtrat: quod ĩ
aduerbiis inuenitur & diminutioneȝ ac
cipit: ut clãculũ. Q đ ꝓpoſitio nõ habȝ
& ſine caſu ꝑferri poteſt: Vt clam fecit

M. Apud quam ſignificatõem habet? D. localem: ut apud numantiam: iungit & pſonis: ut apud amicum.

M. Ante quid ſignificat? D. & locum: ut antepono.: ante domum. & tempus: ut ante annum. & aduerbiũ antea quando eſt ſine caſu. ex hac deriuatur antiquus ex quo antiq̃rius.

M. Citra quid ſignificat? D. Idez pene qđ cis: niſi quod hæc plerunq; propriis nominibus fluuioꝝ uel montiuz præponit ut cis rhenum: cis alpes. Citra uero reliquis: ut citra ſaniem citra forũ: citra tamen a cis deriuat.

W. Circum quam uim obtinet? D. & præpoſitõnis: ut circũfero & circum montẽ & aduerbii localis: ut ꝓperari littore circum.

M. Circa Quid ſignificat? D. iuxta. ut circa forũ circa uiginti annos. poſtpoſita ĩ compoſitõne ĩuenitur: ut quocirca. ſub iungitur etiã præpoſitõi circum: ut circũcirca. Circiter quoq; pro iuxta accipitur: ſz tẽpus tm̃ ſignificat: ut circiter kl̃s

Ianuarias. Erga ēt ꝑ circa ponit qñ affe
ctū significat: ut bonus erga amicos.
M. Cōtra quid significat? D. Aduersū: Vt
contra aduersarū cōtrouersia. ex oppoſi
to & tunc ē aduerbiuz: ut ſtat contra ſta
riꝙ iubet.
M. Extra quā uim habet? D. Præpoſitiōis
& ſignificat præter: ut extra unā anni-
culā: Sed proprie aduerbiū ē: ab ex præ
poſitione deriuatū. unde ēt ꝑ extra po-
nit ex: ut exlex: exul: exſpes: exeo. Ab
extra uero externus & extraneus.
M. Inter quā uim habet? D. Prepoſitōnis
ut interrumpo internūtius īteruallum.
Aliquādo in ſignificat: ut oculos īter ſe
atꝙ ora tenebāt. Aliqñ in medio quorū
dā: ut inter Reges: īter uicinos: & ab in
deriuat inter: ab inter īterea: qđ ſine du
bio aduerbium ē: qa nunq̄ præponit ca
ſualibus. dicit tam interealoci: ab intra
quoꝙ deriuatū uidet. Q đ ꝑ ſe poītum
aduerbiū ē. caſualibz iunctū ꝑpōīs uim
habet: ut timuit intra tentoria ductor.
Ab eo deriuat intrinſecus & internus

ſicut ab extra externus:& extrīſecus ꝟ
bum etiaʒ intro as.

Infra quoq; ab in natum uidet. Cuius ſignificatio manifeſta eſt:& ſine caſualibus q̄dem aduerbium eſt. Cū his uero præpoſitōis uice fungit:ut ego te infra oēs infimos puto. Ex eo deriuatur inferus. Nā aduerbia huiuſmōi localia præpoſitōnum loco ponunt. Et e diuerſo: ut intra uiſcera pro ī uiſcera:& abſq; leſione pro extra leſionē:& in adulterum dicit pro cōtra adulterū:& ſubter terrā pro infra terram.

M. Iuſta quid ſignificat? D. Prope ſiue p̄pter:ut iuſta fluuium. Per ſe uero iungitur uerbo quaſi aduerbium. ut hoꝝ ego uitam mortemq; iuſta eſtimo.

M. Pridie quid ſignificat? D. Præcedente die. & accuſatiuo iungitur:ut pridie kl̄. pridie nonas:pridie idus:& genitīo nō nunq̄ pridie eius diei. Sed magis eſt ad aduerbiuu temporis q̄ præpoſitio. Vt ſupra dict̄u eſt.

HACTENVS DE PRAEPOSITIO.

NIBVS SERVIENTIBVS AC-
cusatiuo.deinceps de seruiētibus abl'tō.
M.A.ab.abs.&.e.ex.quam significatōez
habent.D.Eandē fere.nam & locales &
temporales & ordinales similiter īueni-
untur. Verū ī appositōe diciūs a domo
non ab domo.E iure non ex iure. Con
tra uero ab illo ex illo etiā sequēte.q.ut
exquo .In compositōne præponuntur
nō solum uocalibus:sed ēt consonanti-
bus:ut abigo aduco:exulo:excurro:no
tatur aufero.b.in.u.conuēsa.Absporto
etiā dicit' & abspello. Sic etiā sequēte:q.
in appositione:ut absquolibet & sequen
tibus.c.uel.r.ī compositione:ut abscō-
do abstineo.In appositione ēt abste fre
quenter īuenitur.
M.A.ab.& abs q̄d ꝓpriū habēt.D.ut uer
bis passiuis iungant' ul' abltīs: ut amor
a me:diligor abste:accipior ab illo.
M.E.uel ex quid propriū habent.D. Sūt
ut plurimū tēporalia:ut ex illo celebra-
tus honos. Et tñ ī ꝯpositōe ul' priuatū ē
ut enodis uel ītentiuum:ut enectus elu

do:uel ꝑ extra accipitur:ut educo.ſimi
liter ex priuatiuū:ut exero:expedio:p-
fectiuum etiam:ut expleo exoro.& ꝑ.
extra inuenitur:ut excludo:extermīo:
A præpoſitione.A deriuatur ab:& abs:
& abſq;.
Ab ex uero deriuaſ extrā.
M.De quam uim habet? D. Memoratiuā
ut ſi dicam de partibus oīois:& intenti
uam:ut deprendo:deprimo. Et Priuati
uam: Vt demens:deiero. & ꝑ deorſum
accipitur:ut deduco:deſcendo.
M.Pro quam uim habet? D.Localem: Vt
pro templo pro curia.Ideſt ante tēplu3
ante curiam.Sic etiam in compoſitione
Vt procurro prouenio. Temporalem:
ut proauus:prouideo:loco &.e.accipiſ:
Vt prominet pro eminet.Et loco ante:
Vt procliuus:procumbens. Et loco ad
Vt pro uiribus ſuis:hoc eſt ad uires ſu
as & loco in. Vt pro teſtimonio dixit.
ideſt ī teſtimonio.Aliud autem ſignifi
cat.Pro milone dixit:ideſt cauſa milo-
nis dixit.Et ꝑ mutuo animo.ideſt cau-

sa mutui animi. Similiter pro reconcili
ata gratia. Tale quiddam significat etiã
cum dicitur prosum tibi: proficio tibi.
Ponit etiã loco interiectõis & circũflectit: ut pro nefas:

M· Præ qd significat? D. Aliquãdo ad: Vt
ego illum contempsi prae me. idest ad
comparatõnem mei. Modo pro ut præ
amore hũc excluſit foras. Modo ab: ut
prae studio. idest abstudio. Nunc super
ut praesideo praefectus: plerunque ual
de: Vt praecelsus: praeualidus saepe: an
te: ut praedico: praecipio: praefero. & a
prae deriuatur praet: sicut a sub subter.
A pro propter.

M· Cum quam tum habet? D. & aduerbii:
si pro quando accipitur: & praepositio-
nis copulatiuae: ut cuꝫ Ducibus pugno
& cum amicis habito. Similiter in com
positione. ut concurro: coniungo: con-
traho. Et sciendum quod con & in: quã
do. b. uel. m. uel. p. sequitur commutãt
. n. in. m. Quando autem. l. uel. r. seqt
conuertunt eam in ipsas sequentes.

M. Clam quid ſignificat? D. Occulte. & ẽ aduerbium: ut clã ferro ĩcautum ſupat Præponitur autẽ more præpoſitõis modo ablatiuo: ut nec clam te eſt. modo accuſatiuo: ut uult donatus. ex eo deriuat clãdeſtinus.

M. Coram quid ſignificat? D. Palam: Sed coram magis ad perſonam accipitur & eſt aduerbium: ut coram quem quæritis adſum. Et more præpoſitionis ablto iungitur: ut coram iudice.

M. Sine & abſq; quam ſignificatõnem habent? D. Conſimilem. ideſt negatiuam & præpoſita quidem utraq; ſyllaba grauatur: ut ſine more. Poſtpoſita uõ acuitur in penultĩa: ut te ſine nil altũ mens incohat.

M. Tenus quid ſignificat? D. Vſq; & mõ ablatiuo iungit: ut hactenus: modo genitiuo: ut cruruꝫ tenus: & ſemp poſtponit: ut dictũ eſt.

M. In quid ſignificat? D. Aliquãdo ad locũ & cõtra: & tũc actõ iungitur. ut ĩ Vrbem uado: in adulterũ dico: aliqñ p ad:

ut ĩpulit ĩ latus. Aliqñ ĩ loco:& tũc abl
tiuo ſuit:ut in Italia ĩ urbe. In compoſi
tione uero modo primitiua eſt:ut in do
ctus ĩiuſtus:Modo intentiua:ut impri-
mo:incuſo : incurro.

M. Sub q̃d ſignificat? D. Aliqñ ad locum:
Sæpe pro añ uel p̃ ponit & tũc act̃ ĵiun-
gitur. Ad locũ:ut poſteſq; ſub ipſos. pro
ante:ut ſub lucem expectãt. Pro per:ut
ſub noctẽ cura recurſat. Quãdo aũt in
loco ſignificat abl'to præponitur:ut ſub
luce maligna. In compoſitõe uero mo-
do localẽ uiz retinet:ut ſubduco:ſuppo
no. mõ diminutiuã:ut ſubrideo:ſubfũ-
do ſubtriſtis. Mutãt. b. ĩ. c. f. g. m. &. p.
conſonantes:ut ſuccurro:ſufficio:ſug-
gero:ſummo:ſuppono.

M. Super & ſubter quas habent ſignifica-
tiones? D. Cõtrarias & tam accuſatiuo
q̃ ablatiuo iunguntur:ut gemĩa ſub ar-
bore. ideſt in gemina arbore. Et ſic etiã
ſup:ut frõde ſup uiridi:& ſubter:ut ſub
ter dẽſa teſtudĩe:ſed ſup qñ p̃ de ponit
ſemp abl'tõ iũgit: ut multa ſup priamo

rogitās. Per ſe uō poīta ſignificat inſup
ut his accenſa ſup. In compoſitiōe quo
q̄ inuenit: ut ſupeminet & ſuperuacuus
& a ſupera fit ſuper & ſupra. Illud p̄ apo
copen. hoc p̄ ſyncopā: a ſup uero ſupb3
ſuperus: ſupremus.

M. Di & dis quā ſignificatōem habēt? D. Separatiuā: ut diuido: diduco & dis præponitur ſequentibus. c. uel. p. uel. s. uel. t. uel. i. loco conſonantis. F. uero ſequēte mutatur in eam: ut differo. Aliis uero quibuſcūq̄ conſonātibus ſequentib3 di præponitur: & ubiq̄ producitur. Exceptis dirimo & diſertus.

M. Re quid ſignificat? D. Retro a quo etiā per apocopā factum uidet: ut reſpicio recurro.

M. Se quā uim habet? D. Separatiuam: Vt ſeduco: & abnegatiuam: ut ſecurus. & a ſe fit ſeorſū. Ipſa uō ſe a ſemis: uel a ſecus: aut hæc ab illa.

M. Am q̄d ſignificat? D. Circū: ut amplector: ambio. ī quo. b. interponit.

M. Con q̄d ſignificat? D. Idem q̄d cū: Vt

ſupra dictū ē: ſed altera ī cōpoſitiōe tm̄
Altera ī appoſitione.

DE ADVERBIO.

M. Ene quæ ꝑs ē? D. Aduerbium
Quia eſt adiectīa uerbi ſignificatio: ut prudenter agit.

M. Vnde dicit aduerbiū? D. quaſi ad uerbum: ideſt iuſta uerbum.

M. Quid eſt ꝓprium aduerbii? D. Cū uē bo poni. Nec ſine eo ꝑfectam habere ſignificatōem.

M. Aduerbio quot accidunt? D. Tria ſpēs figura & ſignificatio:

M. Spēs aduerbioꝝ quot ſunt? D. duæ primitiua: ut nunc: deriuatīa: ut docte.

M. A quibus deriuant aduerbia? D. ab aliis aduerbiis: ut a prope ꝓpius. A nōibus ut a bonus bene: a uerbo: ut a ſēſio ſenſī a participio: ut a ſtatus ſtatī. a nōine & uerbo: ut a pede & tanto pedetentim: A ꝓnōie: ut hic: illic. a ꝓpoſitōe: ut ex exī.

